



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaë, 1661

Decima causa. Dena dat, in sacra quid sumat episcopus æde. Tres
quæstiones decimæ causæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

sancta Romana Ecclesia fas de omnibus habet iudicandi: neque cuiquam de eius liceat iudicare. Si quidem ad illam de qualibet mundi parte appellandum est, ab illa autem nemo est appellare licet sine ulla synodali precedente, & solvendi, quos synodus inique damnaverat, & dammandi, nulla existente synodo, quos oportuit, habuit facultatem: & hoc nimirum pro suo principatu, quam beatus Petrus Apostolus Domini voce & tenuit semper, & tenet.

¶ Omnia, quae in hoc capite leguntur, habentur in epistola Celestini ad Episcopos per Dardaniam: sed non eodem ordine composita. Caput autem sequens, in quo multa huius ipsius capite verba continentur, in eadem epistola eodem profusa modo habentur. Itaque fieri potest, ut ex alia epistola caput hoc sumptum sit, quae non existat Gratiani hac duo tanquam diversa capitula referat, quod a quod antiquiores etiam collectores distinxerunt. In epistola etiam Nicolai ad Episcopos Galliae, quae nuper est impressa in appendice bibliothecae, hoc citatur ex Celestino.

C. XVIII. ¶ De eodem.

Idem Episcopos per Dardaniam constituit. Uncti per mundum novit ecclesia, quoniam quomolibet sententiis ligata pontificum, sedes beati Petri Apostoli jus habeat resolvendi, utpote, quae de omni ecclesia fas habeat iudicandi, &c.

C. XIX. ¶ De eodem.

Item Sixtus Papa secundus Hispanorum Episcopos, epist. 2. c. 4. Fratres, quos timore terrene iniuste damnastis, scitote a nobis iuste esse restitutos: quibus ex sancti Petri & Apostolica auctoritate omnia, quae eis ablata sunt, integre reddi precipimus, si non vultis & vos, & principes vestri a collegio nostro, & membris ecclesiae separari.

C. XX. ¶ Cuiuslibet ecclesiae clericos Papa vult ordinare.

Item Stephanus Episcopus Gualberto Patriarcha.

Nunc & verò iteratò tibi scribimus, nolentes alicui ecclesiae privilegium infringere, licet Apostolica prerogativa possimus de qualibet ecclesia clericum ordinare: desine jam cuiusquam zelo Cumenis i ecclesiae antistitem protelare: quia si protelaveris, & cum consecratus jam toties monitus non maturaveris, proculdubio ad nos veniens, consecratus abibit.

¶ Cumenis] Sic etiam Anselmus, sed apud Iovennem plenus, Desine jam cuiusquam zelo ejectionem a clero, & expulsum a populo Lintuardum Cumenis ecclesiae antistitem protelare.

C. XXI. ¶ De eodem.

Item Nicolaus Papa Michaili Imperatori in epistola, cuius initium, Proposuit animum.

Pet e principalem licentiam Apostolorum Petri & Pauli, de qua supra parim exposuimus, potestatem, jus habemus non solum monachos, verum etiam quoslibet clericos de quacunque diacefi, cum necesse fuerit, ad nos convocare, atque ecclesiasticis exigentibus opportunitatibus invitare.

Sed aliud est, quod ex temeritate assumitur praesumptionis: aliud quod ex necessitate geritur charitatis. Cum suffraganei Archiepiscoporum, subditi sui ad malum favere ceperint, atque circa eorum correctionem, negligentes extiterint, tunc licet metropolitanis praeter illorum voluntatem, & ligandos damnare, & reconciliandos obtinere. Cum vero Episcopi zelo divinae charitatis accensi, bono verbo & exemplo ediscant, & maiorem vigilia aspera, inculpatione redarguant: absque talium consilio non licet.

a Anst. l. 2. c. 25. Poly. l. 1. tit. 8. Burch. l. 1. c. 192. Ivo par. 5. c. 247. b Anst. l. 6. c. 31. Ivo p. 5. c. 31. c sup. l. 1. qua. Anst. lib. 1. c. 82. c. 7. c. 14.

metropolitanis in eorum parochia aliquid agere, vel aliter. Unde in fine capituli Martini Papae non simpliciter dicitur [Unbil ager] sed cum determinatione [Unbil praesumptio] & [Unbil mas absq, eorum consilio] ut vultum praesumptionis vel improbatum, non officium charitatis. Sic & Apostolus quibus ritibus videt negligentes circa correctionem firmatus, iustitiam illum damnavit. Ioannes vero, quia Episcopus quorum videt paratum ad corrigenda vitia subditurum, sua auctoritate b illos corrigere voluit: sed illorum tantum de correctione admonuit.

CAUSA X.

Vidam laicos, basilicam à se factam à lege segregare quati: Episcopos ecclesiam non aote sua ad suam diffinitionem permissis: sed eandem voviti Episcopos, & per parochias constitutas erudite de factis quibus tanquam sibi debita, asserpare contendit.

- 1. Modis quibus quatiur, an basilica cum omni deo sibi ordinationem pertinet.
- 2. Secundo, an res ecclesiarum Episcopos usurpare possint.
- 3. Tertio, quid nomine cathedralis à sui sacerdotum legat.

QUESTIO I.

De prima questione sic definitur in concilio deno, cap. 3.

C. I. ¶ Basilica, quae consecrata, à laicis legere non segregatur.

Si ex laicis quisquam à se factam basilicam desiderat, nequaquam eam sub monasterii congregatione non colligitur, à diacefana lege segregare.

¶ Colligitur] In concilio impresso, ac monasterii vel regula ad Episcopos non constituitur.

C. II. ¶ Ecclesia cum debitis suis in Episcopos parochiae constituitur.

Item ex concilio Toletano 3. c. 4. Si quis aedificaverit, postulat consecrari, quae eidem ecclesiae conulerint, centenas annorum ordinationem non pertinet. Quod factum praeterito corrigatur, ut & in futuro, ne fiat, praeterit sed omnia secundum constitutionem antiquae scopi ordinationem, & potestatem pertinet.

¶ Taliter] Sic eff in antiquioribus editionibus Vaticanis conciliorum codicibus: sed in Concilio quorundam editione, & in codice Lusensi Regio, & in concilio Moguntino, & in Panormico hoc verbum, quod factum praeteritum displicet, & in futuro prohibetur.

C. III. ¶ Ecclesia, & omnia iura eorum ad nationem Episcopos pertinet.

Item ex concilio secundo Cabilonensi. Decretum e. est, ut omnes ecclesiae eorum testate consistant, atque ad ordinationem suam pertineant.

¶ Suis] In vulgata sequatur, iuribus quae omni omnibus collati manuscriptis. Apud Iovennem & Anselmum est, omnibus suis rebus.

C. IV. ¶ Unaqueque parochia Episcopos parochiae regatur.

a signa ead. per singulas. i. Sup. c. 10. fin. 8. probatur. pra. Episcopos. c. Erim Vormacensi cap. 6. c. 11. c. 11. sub Anselmo, cap. 4. d. al. canonum, in Tract. ca. 1. l. 2. c. 20. Ivo p. 3. cap. 23. Panorm. lib. 2. cap. 1. Ivo p. 3. c. 211.

Item Leo Papa quartus, in epistola ad Episcopos Britannia, c. 2.

Regenda a est unaquaque parochia sub provisione ac tuitione Episcopi, per sacerdotes, vel ceteros clericos, quos ipse cum Deo timore providerit, cui iure pertinere videatur, & circumire, ut sibi necessarium visum fuerit, ecclesiastica utilitate cogente.

C. V. ¶ Iudicio & potestate Episcopi res ecclesiasticas gubernentur.

Item ex concilio Antiocheno, c. 24.

Quæcumque res ecclesie sunt, convenit cum omni diligentia, & bona fide, quæ Deo debetur, qui omnia providerit, atque iudicat, gubernari & dispensari cum iudicio & potestate Episcopi, cui totius plebis animæ videntur esse commissa.

¶ Quæcumque Græci significaverint, res ecclesiasticas, in concilio Antiocheno, c. 24, id est, rectè habet quæ ecclesie sunt, ipsi ecclesie servari oportere.

C. VI. ¶ Basilicorum conditores in rebus ecclesiasticis nullam potestatem se habere signifi-

Item ex concilio Toletano 4. c. 32.

Novit b conditores basilicarum, in rebus, quas visum ecclesie conferunt, nullam se potestatem habere: sed iuxta canonem instituta, sicut ecclesiam, ita & dorem ejus ad ordinationem Episcopi pertinere.

C. VII. ¶ De eodem.

Item ex concilio Aurelianensi 1. c. 17.

De c. his, quæ parochiis in terris, vineis, mancipiis, atque peculis quicunque fideles obtulerint, antiquorum canonum statuta servantur, ut omnia in Episcopi potestate consistant. De his tamen, quæ altario accesserint, tertia pars fideliter Episcopi deferatur.

C. VIII. ¶ De his, quæ in altaribus deferuntur, medietatem sibi vindicet Episcopus.

Item ex eodem, c. 16.

Antiquos canones relegendos, priora statuta credimus renovanda: ut de his, quæ in altario oblatione fidelium conferuntur, medietatem sibi Episcopus vindicet, & medietatem sibi dispensantem secundum gradus clericus accipiat, tam de propriis prædiis, quam de omni communitate in Episcopatum potestate durantibus.

C. IX. ¶ De Episcopi, qui diocesim suam visitare contemnerit, & ad redimendam mansiones, quæ visitationibus debentur, clericis cogantur.

Item ex concilio Toletano.

Relata è est coram sancta synodo querimonia plebium, quod sint quidam Episcopi volentes ad prædicandum, vel ad confirmandum suas per annum parochias circumire: qui tamen exigunt ut mansiones, quibus in professione uti debebant, aliquo e pretio redimant, & avaritiam, sanctæ synodo magno fuit horrori. Statuerunt itaque, ne quis ultra exerceat id cupiditatis ingenium, & ut sollicitiores sint Episcopi de suis gregibus visitandis.

¶ In libro manuscriptorum privilegiorum ecclesie Tolatane referitur hoc, tanquam caput 13. quarti concilii Tolatani: sed in duobus ipsis exemplaribus ex Hispania missis, non habetur. Barchardus & Ivo autem ex concilio Triburgenfi tempore Arnulphi Regis.

C. X. ¶ Annui vicibus ecclesie ab Episcopo visitentur.

Item ex concilio Tarraconensi, c. 1.

a 1291. præcipimus. lex. Can. Apost. 41. b Poly. l. 3. tit. 12. Barch. l. 1. c. 29. Ivo p. 3. c. 215. Panorm. l. 2. c. 4. c Poly. l. 3. tit. 11. Barch. l. 1. c. 29. Ivo p. 3. c. 202. Panorm. l. 2. c. 61. d al. Delata. Barch. l. 1. c. 29. Ivo p. 3. c. 141. e al. alio.

De eodem, a ut antiquæ consuetudinis ordo servetur, & annui vicibus ab Episcopo dioceses visitentur, & si qua forte basilica fuerit reperta destituta, ordinatori r ejus reparari præcipiatur: quia tertia pars ex omnibus, per antiquam traditionem, ut accipiatur ab Episcopo, non minus esse statutum.

1 ¶ Ordinatori] In exemplaribus concilii impressi, & manuscriptorum, apud Barchardum & Ivoem legitur, ordinatione ipsius: sed ab glossam non est mutatum. Reliqua verò ex istis dem sunt emendata. Barchardus autem, & Ivo addunt præterea in extremo, in principibus novimus statutum.

2 pars. Si autem Episcopus in valetudine impeditus, diocesis suas per se metipsum visitare non poterit, visitationis officium committat alii.

C. XI. ¶ In valetudine gravatus Episcopus, visitationis officium alii committat.

Unde in concilio Toletano quarto, c. 32. legitur.

Episcopum b per cunctas dioceses, parochiasque suas per singulos annos ire oportet, ut exquirat, quo unaquaque basilica interpretatione sui indigeat. Quod si ipse aut languore detentus, aut aliis occupationibus implicatus id exple nequiverit, Presbyteros probabiles aut Diaconos mittat, qui reditus basilicarum, & reparaciones, & ministrantium vitam inquirent.

3 pars. Visitantes autem Episcopi, quid à clericis suis exquirere debeant, & quid eis docere, in concilio Bracarenfi secundo, cap. 36. statutum legitur.

C. XII. ¶ Quæ visitantes Episcopi à clericis suis exquirere debeant.

Placuit c omnibus Episcopis, ut per singulas ecclesias Episcopi, & per dioceses ambulantes primum discutiant clericos, quomodo ordinem Baptismi teneant, vel Missarum, & qualiter quæque officia in ecclesia peragant. Et, si rectè quidem invenerint, Deo gratias agant: sin autem minime docere debentignaros, & hoc modis omnibus præcipere, sicut antiqui canones jubent, ut ante viginti dies Baptismi, ad purgationem exorcismi concurrant catechumeni, in quibus viginti diebus omnino d catechumeni symbolum, quod est [Credo in Deum Patrem omnipotentem] specialiter doceantur. Postquam ergo in his suos clericos discusserint, vel docuerint Episcopi, alia die, convocata plebe ipsius ecclesie, doceant illos, ut errores fugiant idolorum, vel diversæ criminis, id est, homicidium, adulterium, perjurium, falsum testimonium, & reliqua peccata mortifera, & quod nolunt sibi fieri, alteri ne faciant, & ut credant resurrectionem omnium hominum, & diem iudicii, in quo unusquisque secundum opera sua recepturus sit. Et sic postea Episcopus de ecclesia illa proficiatur ad aliam.

C. XIII. ¶ Oblationes ecclesie laici usurpare non licet.

Unde Hieronymus in epistola e ad Damasum Papam de oblationibus altarum.

4 ¶ Via f sacerdotes pro omnibus orate debent, quorum elemosynas, & oblationes accipiunt, qua fronte præsumunt laici oblationes, quas Christiani pro peccatis suis offerunt, vel comedere, vel aliis concedere, cum ipsi non debeant ex a officio suo pro populo orare. Ob hoc, Papa gloriosè, mittere oportet illos præsumptores in excommunicationem perpetuam, ut & ceteri metum habeant, & amplius hæc in ecclesia ne fiant.

1 ¶ Debet] In vulgari, & in epistola impressa legitur,

a Barchardus l. 3. ca. 31. Ivo p. 3. c. 38. b Barch. lib. 1. cap. 87. Ivo p. 3. c. 193. c Barchardus l. 1. c. 85. Ivo p. 1. c. 21. & p. 3. cap. 191. De Conf. dist. 4. Anteviginti. d al. Antev. e Tomo 4. f Poly. l. 3. tit. 1.

solent: sed in plerisque, manuscriptis Gratiani exemplaribus, & Polycaepo, debent. Sic etiam Lupus in regula Monachorum ex Hieronymi scriptis collecta. c. de contemplatione, oratione, & lectio- ne, sacerdotibus quoque pro omnibus orare debent, quom- elemosinas oblationesque recipiunt.

¶ Ex officio suo. Hae atque ad plerisque, codicibus Gra- tiani, & epistola ipsa, & Polycaepo.

C. XIV. ¶ Minime auferantur à laicis obla- tiones altarium, vel crucibus factae.

Item Calixtus Papa secundus.

Sanctorum a Patrum canonibus consona facientes, Oblationes de sacratissimo & reverentissimo altari beati Petri & Salvatoris, & sanctae Mariae rotundae, aut aliis ecclesiarum altarium sive crucibus, à laicis auferri peni- tus interdiciamus, & sub districtione anathematis prohi- bemus: & ecclesias à laicis incantellari, aut in seruitutem redigi auctoritate Apostolica prohibemus.

¶ Secundus. Additum hoc est ex plerisque, vetustis. Ne- que verò primus esse potest, cuius tempore nondum Pantheon vo- cabatur templum sanctae Mariae rotundae. Bonifacius enim fuit, qui tempore Theod. Imperatoris illud beatae Mariae, & omnibus fan- ctis dicavit.

C. XV. ¶ Ecclesiarum oblationes, sub laicorum do- minio non detineantur. Item Damasus Papa.

Hanc b consuetudinem, quae contra sanctam eccle- siam catholicam augeri. e videtur, omnino interdi- cimus, ut nullo modo unquam oblationes, quae intra fan- ctam ecclesiam offeruntur, sub dominio laicorum deti- neantur: sed tantummodo sacerdotibus, qui quotidie Domino seruire videntur, liceat comedere & bibere: quia in veteri testamento prohibuit d. Dominus panes sanctos comedere filiis Israel, nisi tantummodo Aaron, & filiis eius, qui panes longè erant ab istis panibus, qui nunc in sancta ecclesia offeruntur: quia illi sub umbra le- gis erant, qui verò modo, sub gratia Spiritus sancti, tota mundo Evangelico conuicant, lucidiores esse videntur. Qua fronte, aut qua conscientia oblationes vultis accipe- re, qui vix valetis pro vobis, ne dum pro aliis. Deo preces offerre: quia prauum est, & contra Dominicum præceptum, & detrimētū animæ suæ infert, qui illud agere conatur, quod ei nulla ratione conceditur. Quia omnibus sanctis Patri- bus, nostrisque prioribus placuit hanc sanctionem fieri, & nos similiter in eisdem persistere volumus, ut nullus au- deat irritum facere hoc, quod constitutum est, si in perpetuam adnationem noluerit persistere. Si quis verò contra hanc regulam nostram, & contra regulam sanctorum, cccxvii. Patrum, qui in Nicæno concilio hoc constitue- runt, temerarius præsumptor fuerit, & de cætero oblatio- nis de sacris ecclesiis auferre molitus fuerit, sub anathe- matis vinculo sit colligatus, & condemnatus. Respon- derunt omnes, fiat, fiat.

Premissa auctoritatibus, ecclesia omnibus rebus suis ad Epi- scopi ordinationem pertinere monstratur: & tam ecclesia, quam oblationes, & facultates earum, à laicorum dispositione probantur esse immunes.

QUESTIO II.

¶ Ed cum in Episcoporum potestate facultates ecclesie con- stituta esse dicantur, potestas dispensandi intelligenda est, non distringendi, vel dilapidandi.

C. I. ¶ Res ecclesie aliquo modo Episcopi alie- nare non licet. Unde in Agathensi concilio, c. 7.

¶ Cellas, vel mancipiola ecclesie, Episcopi (sicut præfata canonum præcipit auctoritas) vel vasa mi-

a Poly. l. 3. tit. 9. b Poly. ibid. c al. rogere. d 1. Reg. 21.

nisterii, quasi commendata fidei præposito, in prepo- sita iure possideant, id est, neque vendere, neque per quocun- que contractus res, unde pauperes vivunt, alienare, præsumant.

¶ Praefamant. In aliquot veteribus Gratiani codi- cibus post hoc verbum sequitur: quod si necessitas usque in finem (qui manc habetur infra ead. ad finem Palæ Iulianorum) legi, quia casum scripsit.

Codicu lib. 1. titulo de sacrosanctis ecclesiis, legi, [Sanctum mi- ni.] Imp. Iulianianus. [excepta videl. causa captiuitatis.]

C. II. ¶ De eodem. Imp. Leo & Anthemius. AA.

EA enim, quæ ad beatissimam ecclesiam iura pertinet, vel posthac fortè pervenerint, tanquam ipsa sacrosanctam, & religionem ecclesiam, intacta conser- uerabiliter custodiri.

Consuetudo nova.

Hoc b jus porrectum est ad omnem venerabilem locum, omneque collegium, quod actio pia constituta nec res corum pigmentur. Et hoc perpetuo tenet in his rebus immobilibus, quæ ad imperiali domo prædictis locis applicantur. In cæteris: eatenus exceptis, debentur urget. ¶ Præterea e. si habet superflua, cum debitis sit, nec aliunde solvere valet, ne quæ mobile alienetur, vel distringatur, ea gentis habentur: eo, cuius est loci ordinatio, integra; vel aliis locis immobilibus oblata dentur, vel constata cuiuslibet alienentur. Qui autem hæc accepterit contra a. hæc oblatio- nem, iisdem poenis subiaceat, quæ e in rebus immobilibus proditæ sunt: si autem debitor ex immobilibus vi non valet, primò res immobiles specialiter designari, quarum fructus creditor sibi repetet tam in usum quàm in usuras; usque ad quartam centesimam. Quæ nolit creditor ita accipere. Alter ordinatus domo, ad damnum divinæ domus. Emporæ vero non ad- dita in pretio universitatis: estimations decima parte cedente consensu ordinatoris & maioris partis servientium. Sit tamen ea res mediciorum inter con- sideranda ipsius qualitate, & quantitate, & onere. Creditor hic intelligatur, qui quod creditur, pro utilitatem divinæ domus processisse. ¶ Si autem rem alienatio rerum ecclesie interdicitur, ita præ- tur, ne qua sterilis ei detur possessio, aut aliquo modo, veluti fiscalium nomine, vel onere. ¶ Item si prædictum præfatum onus fiscale inuitie alienatur, gellat præfata, conficiendis, eodem jureamento præfatis & aliis aliis de causa non alienatur, nisi, ut immunitas serventur venerandæ domus servetur. ¶ Sed & si permissum Principi licet pro re majore, meliore, vel æquali hoc expolice, & pragmatica forma super hoc præ- dente. ¶ Item sibi invicem recte permittunt, utriusque indemnitate, eorum scilicet consensu interveniente, qui supra referuntur. a pars. ¶ Perpetua.

a tit. 1. le. 17. tit. 2. le. jubemus. ver. forent. b in ista then, hoc ius Iulianus antec. consi. 7. c. 1. c. eadem, præfata. oo. tit. Iulianus consi. 200. §. fin. d. al. cura. e. an. ius. supra. citat. f. alexistore. g. al. ius. supra. i. Anst. sequenti. Iul. novell. 34. l. v. part. 3. cap. 11. perpetua.

quoque emphyteusiam his permittitur rebus, si res in eorum geratur presentia, quibus hoc assignatur lege, iuramentibus his quomodo interest, ex eo contra ad nihil ad actionem divine domus efficitur: soluto reditu ipsius rei, qui fuit cum divino iuri dedicaretur, non minando, nisi in sextam partem: aut si ob eandem deminuta fuerit, tunc pro constante nunc pensione in emphyteusim detur. Quod si respectu aliquid est, parum tamen, aut nihil præstat pensionem, res subtiliter æstimanda est, ut ex hac pensio iusta constituitur. Ea tamen sola datur in emphyteusim, quæ ad hoc congrua videntur æconomis, & aliis gubernatoribus. ¶ Qui a rem, huiusmodi conductam, vel in emphyteusim acceptam fecerit deteriorem, aut emphyteusim canonem per biennium non solverit, hac lege expelli potest, ut tamen solvat totius temporis pensionem, & id in quo rem laicit, restituat, non repetiturus, si quid impendit nomine meliorationis. ¶ Si b. quas res non habent memorate divinæ domus, quas restituit non valens, & hic in emphyteusim datur per penam, emphyteuta usuro materia habitationis deposita domus, ut pensio deminuat in tertiam partem ab ea, quæ stantibus adhuc ædificiis colligebatur, aut prius, eo restituerent, ex aliis illis per æstimatorem, pensionibus, mediæ detur religiose domui. Nam prioræ casu, ab initio emphyteusis præstanda est pensio. ¶ Qui e. vero res jam dictas non gratuito alienationis titulo citra formam legis accepit, rem quidem cum omni incremento melius temporis restituit: ejus autem quod dedit, nullam actionem contra venerabilem locum, sed adversus eum, qui alienavit, habet. Donatarius autem & rem cum omni causa, & fructum restituit, & aliud tantumdem. Creditor quoque restituit re pignoratæ, crediti actionem contra solum pignoris datorem habet. Emphyteusis acceptor, & ab ea cadat, nec, quod dedit, repetat: imò statim solvat, quod soluturus esset unquoque anno, si jure contraxisset. ¶ Sed melius dicitur omnino denegandas esse actiones huiusmodi, acceptori. Imp. Leo. ¶ Si æconomus d. ecclesiæ prospexit expedire, ut desiderati cuicumque certarum possessionum atque prædiorum (urbanorum scilicet, sive rusticorum) ad jus ecclesiasticum pertinentium, temporalis usufructus possessio pro ipsius petitione præstetur, tunc ejus temporis, quod inter utroque convenit, sive in diem vite sive ab eo, qui desiderat, postuletur, pacta cum eo, qui hoc elegerit, in æconomis, atque conscribat, per quæ & tempus, intra quod hoc præstari placuerit, statuitur, & manifestum sit, quod quique accepit ad invicem.

C. III. PALEA.

Huiusmodi beneficii gratia, præstando quidem ecclesiasticis prædii pro tempore, usufructum, post statum autem tempus, & placium f. ipsorum redditum proprietate ad dominium & jus ecclesiasticum recurrente firmare: ita scilicet, ut sive completo spatio, quod fuerit inter eos constitutum, seu mortis huius temporis (si hoc quoque convenit) is, qui possessionem ecclesiasticam, & certarum reddituum usufructum habendi gratia interveniente pacto suscepit, non minus, quam alterius tantæ quantitatis, quantum accepit, redditus cum ipsorum prædiorum dominio, & ecclesiæ decelinquat: Nisi enim hæc conditione pacta inter hæc & usus præstatio locum habet in omni domo re-

ligiosa. Quo finito, res utraque pleno jure perveniat in domum jam dictam, nec tributis quidem gravata manserit sit ea res, quæ datur invicem, & ejusdem redditus sit. ¶ Quibuscumque a modis hoc ius aliis permittitur, interdicitur certis personis res huiusmodi accipere, ut æconomis ejusque cognatis. Quod si necessitas compulerit, ut pro ecclesiæ necessitate, aut utilitate, vel in utraque dies, vel in directa venditione aliquid distrahatur, a causa, quæ necesse sit vendi, primitus comprobentur, ut hæc bita discussione factæ orali, eorum subscriptione b. quæ facta fuerit venditio, vel transactio, corroboretur. Aliæ factæ venditio, vel transactio non valet. ¶ Infra. ¶ Minus vero utiles possessiones peregrinis, vel clericis, salvo jure ecclesiæ, in usum præstari permittimus.

¶ In aliquos versus exemplaribus, in quibus pauca sunt palee, continentur post ultima verba superioris capituli sequuntur sine ulla distinctione verba huius, quemadmodum & in ipsa lege edicunt. In duobus autem versibus, in quibus tria sunt palee, desunt prioribus huius capituli, usque ad vers. completo spatio, certis vero leguntur conjuncti cum superioribus, usque ad vers. quod si necessitas. Nam hic versus, in iudex exemplaribus, non hoc loco, sed supra ead. ca. calcillas, habetur, ut ibi est notatum.

¶ Nam] Hæc vox non est in authentica, & in versibus Gratiani edicibus pro ista voce est, N. C. & significatur, novella constitutio.

C. IV. ¶ Ecclesiasticarum rerum precaria qualiter fieri debeat.

I. Precaria d. a nemine de rebus ecclesiasticis fieri præsumantur: nisi quantum de qualitate convenienter datur ex proprio, duplum accipiantur ex rebus ecclesiæ, in suo tantum, qui dederit, nomine, sive proprias & ecclesiasticas usufructuario tenere voluerit. Si autem res proprias ad præfens dimiserit, ex rebus ecclesiasticis usufructuario usu in suo tantum quis a nomine sumat, quia fideas quemque tractare oportet, ut rerum ecclesiasticarum dispensatorem, non ut propriarum largitorem r. ¶ Decretum f. etiam sancta synodus, & Imperialis auctoritas denunciavit, ut à nulla potestate quis cogatur precariam de rebus propriis Deo & sanctis eius dicatis, cum ratio & usus obineat neminem, cui & non vult, contra utilitatem & rationem cogi, de proprio facere beneficium. ¶ Nec h. communicationes termini, vel mancipiorum ecclesiasticorum quolibet persona sine licentia & consensu regio: facere præsumat.

¶ Ceterum hic canon ex concilio Mediomatensi: à Borchardo autem, & Leone ex concilio Bellouacensi, præter ultimam versiculam. Nec commutationes, quem citant ex Martensii. In concilio etiam Meldensi, e. 22. referuntur ex eodem concilio Bellouacensi. Extat in capitulis huius editis anno quarto regni Caroli Regis, & Ludovici Imperatoris filii in villa Colonia, e. 37. non est autem mutatus titulus, quia potius idem in omnibus illis conciliis repeti: quod in Germaniæ & Galliarum, que extant, sæpè factum cognoscitur. Aliquid etiam de precariis habetur in concilio Rhemenfi, cap. 36. & 37. & in concilio Moguntino sub Arnulpho, cap. 20.

¶ Largitorem] In concilio Meldensi, & capitularibus post hoc verbum sequitur continenter, & à nulla potestate quis cogatur, &c. sine verbis illis hic interjectis, quorum 19.

a Authen. qui rem. eod. tit. b Authen. si quis. c Authen. qui rem. l. p. 3. c. 17. d eod. tit. de iur. iur. s. sanè omni. e Videtur contineri. f al. placium temporis proprietate. g Authen. Hæc usum. h Borch. l. 3. c. 172. l. 100 p. 3. c. 23. i religiose.] Fov. S 3

men similia afferuntur a Burcardo & Ivone ad vrsi. Nec mutationes.

2. ¶ Cogi] Sic in omnibus vetustis codicibus Gratiani, & ad est glossa: sed in concilio Meldensi, & Capitulari, & apud Burcardum, & Ivonem est, præstitutum.

C. V. ¶ De eodem. PALEA.

Item ex concilio Hielluacensi a.

II. Precariae de quinquennio in quinquennium secundum antiquam consuetudinem & auctoritatem renoventur.

C. VI. ¶ De eodem. PALEA.

[Item ex concilio Carthaginensi 1.]

DE & precariis, quæ à rectoribus ecclesiarum irrationabiliter fiebant, & se, suosque successores poena gravi obligabant, ut facta ipsorum nequiverint dissolvere, præcipimus, ut nemo successor in auctoritate sui poena sit obligatus: sed siæ providentia sit concessum, ut si antecessor ejus res ecclesiæ irrationabiliter distribuit, ab eo ad jus ecclesiæ ejusdem revocentur.

1. ¶ Carthaginensi] Etiam in decretalibus, scilicet de precariis, extant ex concilio Carthaginensi: sed in nullo ipsorum est inventum: prout esse alicujus illarum provinciarum concilii: extat autem in legibus Longobardicis, lib. 3. tit. 2. l. 2.

C. VII. ¶ Res ecclesiæ distensandi potestatem habeat Episcopus.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 16.

Episcopus c. habeat potestatem in rebus ecclesiæ, ut dispenset necessitatibus cum omni reverentia, & timore Dei. Participare etiam cum eo sunt quæ necessaria sunt. Si tamen ipse, aut qui cum eo sunt fratres indigerint aliquo, ut necessitatem nullo modo patiantur, secundum sanctum Apostolum dicentem d. [Vt. tu, & tegumento, his contenti sumus.] Si autem res ecclesiasticas Episcopus in suas voluntates usurpare voluerit, & loca ecclesiæ, & fructus agrorum non cum Presbyterorum, vel Diaconorum concilio contaminaverit, aut fratribus, vel filiis, vel quibusvis propinquis suis dederit potestatem, ut per eos latentè lædantur res ecclesiæ, tunc oportet obnoxium esse concilio: sin autem Episcopus, vel qui cum eo sunt, Presbyteri, aut Diaconi acciderint, quia ea, quæ vel ex reditu, vel ex quolibet actu ecclesiæ veniunt, in sinus suos colligunt, & pauperes fraudant, & fame conficiunt, hos corripere oportet, secundum quod ordinatum fuerit à sancto concilio.

1. ¶ Sin autem] In capitulo habetur, similiter: sed melior videtur lectio duorum veterum Gratiani codicum, sin aliter: prout enim accidit ad gratiam concilii Antiocheni, ca. 25. unde hoc sumptum est: si] de] ad] id est, si autem & aliter, ut infra 22. q. 2. c. Episcopus.

2. ¶ Actu] Hac vox in simili re habetur infra, 12. q. 2. Vulturno. Vulturnæ ecclesiæ actus, vel patrimonium, gratæ est, & si] de] et] de] quæ] ad] id est, vel etiam ex qualibet alia causa & occasione ecclesiastica.

4. pars. Si vero contra hanc prohibitionem aliquam f. de rebus ecclesiæ Episcopum vendere contigerit, & res ipsa ecclesiæ restituaanda, & ipse gradus sui deiciendus decernitur.

C. VIII. ¶ De Episcopo, qui nulla necessitate res ecclesiæ vendit.

Unde in eodem concilio Martini Papæ, c. 14. legitur.

SI] g] quis Episcopus nulla ecclesiasticæ rationis necessitate compellus, in clero i suo, aut ubi forte

a In Meldensi, c. 22. in f. ext. de precariis, c. 1. Burd. l. 3. cap. 16. In p. 1. cap. 20. ext. de precariis. b In c. Martini Bracarensi ex conc. Antiocheno, c. 25. c. 12. quest. 1. Episcopus ecclesiasticarum. d. 1. Tim. 6. c. ita minaverit. e] codex regius. f] al. aliqua. In eodem capit. g] Burd. l. 1. c. 25. & l. 3. c. 181. In p. 1. c. 172. & 242. & p. 1. c. 329.

non est Presbyter, de rebus ecclesiasticis aliquid præcipere vendere, & res ipsas ecclesiæ propter necessitatem cogatur, & in concilio Episcoporum deiciatur indignus, & convictus, & tanquam furti, aut latrociniorum privetur honore.

1. ¶ In clero suo] In codice Lucensi regio legitur, in clero.

2. ¶ Et convictus] He duæ voces non sunt in capitulo Martini, neq. apud Burcardum, neq. apud Ivonem pariter. In autem quinta abest præterea vox, auditus: vestigia tamen in his Gratiani codicibus conveniunt cum vulgatis.

QUESTIO III.

Vid. vero nomina cathedralium Episcoporum regibus beati, in secundo concilio Bracarensi, capitulo secundo legitur.

C. I. ¶ Præter honorem cathedralium nihil Episcopus per dimittere cogatur.

P. Lacuit, ut nullus Episcoporum per suas dioceses turbans, præter honorem cathedralium suarum, id est, dum lidos, aliud aliquid per ecclesias tollat: neque partem ex quacunque oblatione populi in ecclesia cathedralibus requirit: sed illa tertia pars pro luminibus ecclesiæ, vel reparatione servetur, & singulis annis Episcopo inde ratio fiat. Nam si tertiam partem illam Episcopo tollat, lumen, & facta recta abstitit ecclesiæ, & parochiales clerici servili more in aliquibus peribus Episcopo a servitio non cogantur: quia tertium b est] Neque ut dominantes in clero.]

C. II. ¶ Basilicarum reparationi proficiat tertiam quam Episcopus accipere consueverat.

Item ex concilio Emeritensi, c. 16.

P. Rificis quidem c. canonibus erat decretum, ut sup. de parochianis d. ecclesiis tertiam conferretur, cui sua plenissime sufficeret: i] possunt: Placet sancto concilio, ut nullus provinciarum Lusitanæ, & Valentiniensis hujus terminum excedat, nec à quibuslibet chiana ecclesia tertiam autem præsumat: sed quia inde consequi poterat, totum in reparatione basilicæ proficiat.

¶ Caput hoc in codicibus Gratiani etiam manuscriptis citatur ex concilio Merob. Est autem in Emeritensi, c. 16. concilio duo exemplaria ad S. D. N. Gregorium XIII. missa sunt concilio, & capiti membris Innocentius tertius quædam in impressis, lib. 2. epistola Petri Compositellano scripta, non verum merito vito concilium authenticum esse multis modis astruere, tum quia cum aliis conciliis conferretur libro, qui corpus canonum appellatur, quem Alexander Papa per interlocutorem authenticum comprobavit, quia de ipso concilio sumptum est caput. [Præter tertiam dem canonibus.] quod continetur in corpore decretorum.

1. ¶ Sufficere possunt] Sublata est negatio, quæ erat in originali, quoniam & ab utroq. exemplari concilii, & in Gratiani codicibus abest: & hoc modo magis conveniunt ratione legi.

2. ¶ Sed quæ exinde] In exemplariis concilii legitur, quæque exinde consequi poterat, totum in reparatione ipsarum basilicarum proficiat.

C. III. ¶ Non accipiant Episcopi tertiam partem, nisi dirutus ecclesiæ reparare volunt.

Item ex concilio Toletano 16. c. 4.

V. Nio nostræ congregationis f. decem, atque al. tuit, ut tertias, quas antiqui canones de partibus suis habendas Episcopis conferunt, si eas ex parte crediderint, ab ipsis Episcopis dirutæ ecclesiæ reparare.

a al. Episcopi. b 1. Pet. 5. c al. quippe. d al. dirigit. e sequeretur. f. g. h. al. aduocatum.



ur. Sin vero eas maluerint cedere, ab earundem ecclesiarum cultoribus, sub cura & sollicitudine sui pontificis, reparatio eisdem est adhibenda basilicis. Quod si omnes ecclesie aut incolentes fuerint, aut quæ ditæ erant, reparari extiterint, secundum antiquorum canonum instituta, stertias sibi debitas uniusquisque Episcopus assequi voluerit, facultas illi omnimoda erit: ita videlicet, ut circa ipsas stertias nullus Episcoporum quidpiam pro regni inquisitionibus à parochianis à ecclesiis exigat, nihilque de præditi ipsarum ecclesiarum cuiquam causa stipendi dare præsumat. ¶ Sed & hoc necessario institutum deliquimus, ut plures ecclesie uni nequaquam committantur Presbytero: quia solus per totas ecclesias nec officium valet persolvere, nec populis sacerdotali jure succurrere, sed nec rebus earum necessariam curam impendere, ea scilicet ratione, ut ecclesia, quæ usque ad decem habuerit mancipia, super se habeat sacerdotem: quæ vero minus decem mancipia habuerit, aliis conjugatur ecclesiis. Si quis sane Episcopus hanc nostram constitutionem perspenderit, spatium duorum mensium seoretur excommunicatione multari.

¶ Caput hoc est pars quartæ canonis concilii 16. Toletani, cuius duo exemplaria missa sunt ex Hispania: ex quibus normalia sunt in hoc capite emendata, et addita. Habitum vero est consultum hoc. Era DCCXXI. concilio Emeritensi habitum fuerit. Era DCCV.

¶ Multari in concilio sequitur, ita nempe, ut postquam ab excommunicationis interdico ad ordinis sui reuocaverit locum, cunctas hujus canonis sanctiones modis omnibus studeat adimplere.

C. IV. ¶ Decedem.

¶ Item Pelagius Gregorius Illustris. Episcopus omni modo modis custodire, ne qui Episcopus in illis de parochiis ad se pertinentibus nomine cathedralis amplius quam duos solidos præsumat accipere, neque compellere Presbyteros, aut clerum parochiarum suarum supra vires suas eis conuivia præparare.

C. V. ¶ Baptizandi numerus non imponatur, nec cathedralium ultra versum rostem exigatur.

¶ Item Gelasius Papa Fabianus Episcopus. Nec numerus baptizandis iuste creditur imponendus, cum quanti petierint, vel ad regenerationem festinauerint, non sint pro alterius voluntate repellendi. Et ideo, frater charissime, huiusmodi superflua constitutionem modis omnibus removebis, ut uniusquisque aut in vicinia sibi ecclesie, aut in electa pro suæ mentis baptizetur arbitrio. Cathedralium etiam non amplius quam vestri mensis esse constituerit, ab eius loci Presbytero noveris exigendum: & de his, quæ die dedicationis fuerint offerentium devotione collata, consuetudinem, quæ generaliter omnibus ecclesiis est præscripta, seruabis.

2. pars. ¶ Cathedralium, quod huiusmodi Episcopi permittitur exigere, præter mediocritatem, vel tertiam partem oblationum, quæ exiunt pro viciis ecclesiarum consuetudine ex præmissis auctoritatibus Episcopi debetur, intelligendum est: nec illa pars oblationum omnium generaliter intelligenda est, sed vel anniversaria Episcopi & sacerdotum tempore dedicationis conuenient. De his vero Episcopi, qui per parochias suas crudeliter deservunt, sic est statutum in tertio concilio Toletano, c. 20.

C. VI. ¶ Ultra mensam antiquam à parochianis Presbyteris Episcopi nil exigant.

¶ Via cognovimus Episcopos per parochias suas non sacerdotialiter, sed crudeliter deservire, & a parochianis, b svs p. 2. l. 6. c. lvo p. 2. c. 177.

dum scriptum sit a, [forma estote gregi, neque ut dominantes in clero.] exactiones diocesis suæ, vel damna infligant: ideo censemus [excepto quod veterum constitutionibus à parochiis habere iubent Episcopos] ut alia, quæ illis hucusque præsumpta sunt, denegentur, hoc est, neque in angariis Presbyteri, aut Diaconi, neque in aliquibus fatigentur indictionibus: ne videamur in ecclesia Dei exatores potius, quam Dei Pontifices nominari. Hi vero clerici, tam locales, quæ ecclesias suas ad metropolitanum deferre non differant, & metropolitanus non moretur ejusmodi præsumptiones coercere.

C. VII. ¶ A parochianis stipendia non nisi cum charitate Episcopi exigant.

¶ Item ex concilio Cabilonensi 2. c. 14.

¶ Avendum est, ne cum Episcopi parochias suas peragrunt, quandam damnosam erga subditos, seu erga socios tyrannidem exerceant, nec (quod absit) cum charitate, sed cum quadam iudiciali invectione à stipendiis ab eis exigant. Observandum etiam modis omnibus, ut si quando eis peragranda parochia necessitas incumbit, in confirmandis hominibus, in inquirendis rebus emendatione dignis, in prædicatione verbi Dei, in lucris animabus, & scandalizandis fratribus operam dent. Et si quando eis ad peragendum ministerium suum à fratribus, aut subditis aliquid accipiendum est, hoc summo opere observare debent, ne quem scandalizent, aut gravent. Tanta ergo in hac re discretio tenenda est, ut & verbi Dei prædicator, ubi proprii sumptus desunt, à fratribus accipiat, & item frater illius potentia non gravetur, exemplo Apostoli Pauli d, qui, ne quem gravaret, arte & manibus victum quærebat.

C. VIII. ¶ Ultra duas solidos à parochianis ecclesijs Episcopus non præsumat accipere.

¶ Item ex concilio Toletano septimo, cap. 4.

¶ Inter cætera denique, quæ communi consensu nos conferre competenter oportuit, querimonias etiam parochialium & Presbyterorum Gallie provincie solertissime discernere decuit, quas contra Pontificum suorum rapacitates necessitas, ut compertimus, tandem compulsi in publicum examen deferri. Hi enim Pontifices, ut evidens inquisitio patefecit, indiscreto moderamine parochianas & ecclesias prægravantes, dum in exactionibus superfluis & frequenter existunt, penè usque ad examinationem extreme virtutis quasdam basilicas perduxisse probantur. Ne ergo fiat de cætero, quod constat hæcenus inordinate præsumptum, non amplius quam duos solidos uniusquisque Episcopus præfatæ provincie pro singulis diocesis suæ basilicis juxta synodum Bracarensem annua illatione sibi expectat inferri: monasteriorum tamen basilicis ab hac solationis & pensione se junctis. ¶ Cum vero Episcopus diocesim visitat, nulli præ multitudine onerosus existat, nec unquam quinquagenarium 2 numerum eversionis excedat, aut amplius, quam una die per unamquamque basilicam remorandi licentiam habeat. Quicumque vero Pontificum eorundem aliter, quam decernimus agendum præsumperit, correctioni proculdubio canonum subiacet, tanquam constitutorum synodaliū transgressor, & prætorum Patrum edictorum & corruptor.

a 1. Petr. 3. b al. districte coercere. c al. inventionem. d 2. Thess. 3. e al. parochianorum. An. Cl. 7. c. 196. f al. parochianis. g al. superfluis frequentes. Sup. ca. placuit. h al. solutione personis. Burch. l. 1. c. 16. lvo p. 3. c. 192. i al. edicti.

1 ¶ Gallie] In concilio expressu & aliquo Gratiani exten-
plariu legitur, Gallie. In alio autem, & emendatioribus, ut
que in codice conciliorum Lucensi regio habetur, Gallieque pro-
vincie. Nam eo tempore Archiepiscopus Narbonensis, & eius
provincia Episcopi ad synodum Tolosanensem, quod ex
subscriptiombus Tolosani terri apparet. In ea enim Nigetius Nar-
bonensis metropolitani, Sergius Episcopus Carcassensis, & No-
bridus Episcopus Agathensis, & presbiteri Magalensis & No-
mausensis Episcoporum subscribunt. Eiusdem quoque metropolita-
ni, & ipsius provincie Episcoporum subscriptiones in quarto & sexto
Tolosani concilio impressu leguntur, & illa, que in manuscriptis
habentur, continentur.

2 ¶ Quinquagenarium] In variis editionibus huius concilii
legitur, quinarium. Verum in codice Lucensi regio, sive Vati-
cano, & altero Bibliothecae Dominicanae manuscripti, & vetustis
exemplaribus Gratiani, & Burchardi, & Ivone est, quinquage-
narium. Et hanc lectionem secutus est Innocentius III. in concilio
Lateranensi, cum Apostolus, extra de cens. & exalt.

C. IX. ¶ Sacerdotes ab Episcopi sui ultra mo-
dum non graventur.
Item Gregorius Episcopus Sicilia, lib. II.
epist. 20.

Relatum est nobis sanctae memoriae defensoris mei
temporibus per servum Dei Diaconum, qui tunc ec-
clesiastici patrimoniis curam gessit, fuisse diffusum, ut
sacerdotes per universas vestras dioeceses constituti, quos
ad consignandos infantis egressum ultra modum gra-
vari minime debuissent. Summas enim praefixa fue-
rat, vobis, ut audio, consentientibus, quae ab eisdem sa-
cerdotibus pro labore clericorum dari debuisset. Atque
hoc quod tunc placuit, sicut nunc dicitur, minime custodi-
tur. Unde fraternitatem vestram admonco, ut subiectis
vestris non graves studeatis existere.

C. X. ¶ Secundum loci modestiam Episcopi
curvix parentur.

Item Pelagius Orosio Illustri.

Illud a magnitudinem tuam minime volumus ignora-
re, quod Syracusana civitatis Episcopus, inter alia, quae
in cautionem suarum pagina spondit, hoc etiam spe-
cialiter sub interpositione poena legitime promississe legi-
tur, nunquam se a quolibet suae dioecesis Presbytero ultra
duos solidos cathedralici nomine petiturum, nec per
quamlibet aliam occasionem quidquam in eius se dispen-
dium esse gesturum. Quod magnitudo tua, non solum a
praedicto Episcopo, sed de omnium Episcoporum Siciliae
personis competenti sollicitudine custodire non desinat,
nec ipsa quoque prandia enormia fieri, sed secundum
moderitatem uniuersaliumque loci Episcopo ad con-
signationem venientis susceptionis preparari convivium:
quia nec eo pretextu pauperibus inuiti damna volumus,
aut quilibet ratione permissimus.

CAUSA XI.

Lericus aduersus clericum questionem de praedicti a-
griuari, quem ad civilem iudicem producere vo-
luit: res non nisi ante iudicem ecclesiasticum face-
re voluit: aliter vero potestatem civile iudicis illam a
possessione sua deiecit. Quo audito, Episcopus eum
ab officio suspendit: ille contempta Episcopi sententia officium suum
administravit. Hoc competenti Episcopo sine spe restitutionis in e-
ius sententiam dedit.

- 1. Ille primam quartum partem clericum ante civilem iudicem sit
producendus:
- 2. Secundum, si produceretur non est, an haec culpa sit digna suspen-
sione.
- 3. Tertio si digna non fuerit, an contemptorem sententiae sui Episco-
pi reparabiliter oporteat deponi.

¶ Anst. l. c. 171. Poly. l. 4. tit. 21.

QVAESTIO I.

Quod clericus apud saeculares iudices accusatus non
Cajus Papa epistola ad Felicem Episcopum de
scribit, dicitur.

C. I. ¶ Apud saecularem iudicem nullus cle-
ricus conveniatur.

Nemo unquam Episcopum apud iudicem saecularem
aut alios a clericis accusare praesumat.

C. II. ¶ PALEA.

I. Nullus b' iudicium, neque Presbyterum, neque
conum, aut clericum ullum, aut juniores a ma-
sue sine licentia d' pontificis per sedilibrat, aut ma-
mnare praesumat. Quod si fecerit, ab ecclesia ca-
riam interrogare dignoscitur, tamdiu sit sequetur, quae
que reatum suum agnoscat, & emendet.

¶ Apud Burchardum, & in aliquo Gratiani codicibus,
quae hanc paleam habent, & in Decretalibus, tit. de for. iudic.
c. 2. citatur ex concilio Parisiensi, c. 11. Verum in concilio
si Trulitano, c. 6. referuntur ex capitulis tribus, in quibus habetur
est. lib. 6. c. 19. & lib. 7. c. 139. Simile quid legitur in concilio
lianensi 4. c. 20. & Antisthedorensi, c. 43.

C. III. ¶ De eodem.
Item Marcellinus e' Papa, epist.

II. Clericum i' cuiuslibet f' ordinis abque potestate
sui permisso nullus praesumat ad saecularem
iudicem attrahere: nec laico b' quolibet clericum
accusare.

1 ¶ Clericum] In epistola Marcellini secunda, & in
Aurelianensi 3. ubi hoc repetitur, & in Passovaria si legatur
ricus cuiuslibet ordinis abque pontificis sui permis-
lum praesumat, &c. Verum et glossas, & citationes dicitur
est mutatum.

C. IV. ¶ Ab eis quisq' iudicandus est, qui
iudices elegerit.

Item ex Nicano concilio.

Iudices i' autem alii esse non debent, quam quos
qui impetitur, elegerit, aut quos suo cum ecclesia
sanctae sedes, aut eius primates auctoritate huius
sedis delegaverint.

¶ In concilio Nicano hodie canon hoc non habetur, sed
lim plures canones illius concilii supra distincti. c. cap. Episcopi
est adnotatum. Quorum parem refero Iulius in referentia
orientales, ubi numero 30. habetur hoc caput: & ex ea causa
hyarco.

C. V. ¶ Ad saecularia iudicia nullus clericus
est pertrahendus.

Item Valentinianus, Theodosius, & An-
cadius imp'p. AAA.

Continua & lege sancimus, ut nullus Episcoporum
eorum, qui ecclesiae necessitatibus servium, aut
sive ordinatum, sive extraordinarium iudicium
trahatur. Habent illi suos iudices, nec quidem
publicis est commune cum legibus. Item, quod
tunc Imperator praesidens i' in sancta synodo
pud Nicram congregata erat, cum quere lam quoniam
conspiceret eorum se delatam, ait. Vos a nemine
ditari potestis: quia ad Dei solius iudicium
mini.

1 ¶ Praesidens] Quam humiliter ibi se gessit Gregorius
docent Eusebio 2. lib. de vita ipsius, cap. 10. Socrates, lib. 1.
Theodoretus l. 1. c. 7.

a' alioque, b' Extra de foro compet. c. cap. 11. lib. 1.
& l. 7. c. 139. Burch. l. 10. cap. 22. c' al' imp'p. d' al' imp'p.
al' perm'p. c' Et in concilio Aurelianensi 5. cap. 3. l. 1. c. 22.
c. 22. Pann. l. 4. c. 31. g' al' saeculare iudicium. h' l. 1. c. 22.
Poly. l. 4. tit. 2. Pann. l. 4. c. 19. k' In cod. Theod. l. 1. c. 22.
aud. c. ult. Anst. l. 3. c. 109. Poly. lib. 1. tit. 21. l. 1. c. 1. l. 1. c. 1.
11. q. 1. sacerdotibus. Hist. ecclesiast. l. 1. c. 2. Burchard.